



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 52. Variæ Congregationes Basileæ habitæ

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](#)

Sæcul. XV. fileæ Cardinalatus sui insignibus Italianam
A. G. 1443. repetiit, ad Ecclesiam suam reversurus.

Ceteri duo Episcopi pariter ad suas quis-
Acta Patric. que Diœceses remigrarunt, quos mox

p. 1611. secuti sunt reliqui omnes, qui ex Alphonsi
 Regnis Basileæ erant.

Eodem tempore inter Austriae Du-
 ces, & Basileenses cives eorumque con-
 foederatos suscitata est belli flamma,
 quæ tamen vix mota Prælatorum ibidem
 congregatorum cura ac labore extincta est.

§. LII.

Variæ Congregationes Basileæ habitæ.

Basileenses integro ferme hoc anno otiosi
 hærebant, sive ob Felicis absentiam,
 sive ob futurum Norimbergensis con-
 ventus mox celebrandi eventum, quem pri-
 us expectandum censebant. Quapropter
 nonnisi quædam habebantur Congrega-
 tiones, in quibus de privatis agebatur
 caussis, quæ Herbipolensem Præpositu-
 ram a Bachensteinio expeditam concer-
 nebant, necnon revocationem cujusdam
 sententiæ, quam in Curia Romana Fir-
 manus Cardinalis adversus Philippum
 Hybernum, aliosque pronunciaverat.
 Præterea Mense Mayo delatæ sunt literæ
 Francisci Britanniæ Ducis, qui Basile-
 enses vana spe lactabat, pollicitus, se suos
 con-

convocaturum Clericos, eosque ad acce- Sæcul. XV.
ptandas, quæ cauſis Ecclesiæ multum A. C. 1443.
proficuæ effent, propositiones compulsu-
rum, ea tamen lege, ut illi ad se legatum
decernerent. Placuit Basileensibus Du-
cis consilium.

§. LIII.

Felix Basileam redire detractans.

Sub idem tempus Felix in graves ad-
versus Basileenses prorupit querelas,
quod, antequam ad Papatum vocaretur,
promisissent, se ad solempnes legationes
necessarios sumptus suppeditaturos; cum
tamen nullatenus hucusque datam fidem
liberassent, & ipse ad filiorum suorum
hæreditatem insumendam coactus fuisset.
Cum vero ex illius absentia multum au-
toritati Concilii decessisse videretur, Ba-
fileenses eundem rogabant, ut Basileam
rediret, quibus ille reposuit, se propria
edoctum experientia scire, longe melius
Ecclesiam Lausannæ, quam Basileæ gu-
bernari, multosque eum ibi convenire,
qui tamen nunquam Basileam ituri ef-
fent, ac propterea firmo constituisse ani-
mo, deinceps in dicta urbe permanere.

§. LIV.

*Italorum vota de Synodo Romæ
celebranda.*

A Iphonſus, Veneti, Florentini, Senen-
ſes, aliique Italiæ Principes ad Cæ-
farem